

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. VI.

**Inhalt:** 33. Encyc. Ponif. de conditione opificum. — 34. Ministerial-Erlaß betreffend die Gebührenbemessung und Abstattung bei Dienstesverleihungen an geistliche Personen und bei Dienstesveränderungen derselben. — 35. Bad Hall in Oberösterreich. — 36. Die persönliche Befreiung vom Gebührenäquivalente nach dem Gesetze vom 15. Februar 1877 kommt nicht nur den Curat-Beneficien, sondern schlechthin allen Beneficien zu. — 37. Ausschreibung der Johann Nep. Schlacker'schen Stiftung für Lehrerswitwen. — 38. Concurs-Verlautbarung. — 39. Chronik der Diöcese.

1891.

33.

## Litterae encyclicae Leonis Papae XIII.

de conditione opificum ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos universos catholici orbis gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentes.

### LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM!

Rerum novarum semel excitatâ cupidine, quae diu quidem commovet civitates, illud erat consecuturum ut commutationum studia a rationibus politicis in oeconomicarum cognatum genus aliquando defluerent. — Revera nova industriae incrementa novisque euntes itineribus artes: mutatae dominorum et mercenariorum rationes mutuae: divitiarum in exiguo numero affluentia, in multitudine inopia: opificum cum de se confidentia maior, tum inter se necessitudo coniunctior, praeterea versi in deteriora mores, effecere, ut certamen erumperet. In quo quanta rerum momenta vertantur, ex hoc apparet, quod animos habet acri expectatione suspensos: idemque ingenia exercet doctorum, concilia prudentum, conciones populi, legumlatorum iudicium, consilia principum, ut iam causa nulla reperiatur tanta, quae teneat hominum studia vehementius. — Itaque, proposita Nobis Ecclesiae causâ et salute communi, quod alias consuevimus, Venerabiles Fratres, datis ad vos Litteris de imperio politico, de libertate humana,

de civitatum constitutione christiana, aliisque non dissimili genere, quae ad refutandas opinionum fallacias opportuna videbantur, idem nunc faciendum *de conditione opificum* iisdem de causis duximus. — Genus hoc argumenti non semel iam per occasionem attigimus; in his tamen litteris totam data opera tractare quaestionem apostolici muneris conscientia monet, ut principia emineant, quorum ope, uti veritas atque aequitas postulant, dimicatio dirimatur. Causa est ad expediendum difficilis, nec vacua periculo. Arduum siquidem metiri iura et officia, quibus locupletes et proletarios, eos qui rem, et eos qui operam conferant, inter se oportet contineri. Periculosa vero contentio, quippe quae ab hominibus turbulentis et callidis ad pervertendum iudicium veri concitandamque seditiose multitudinem passim detorquetur. Utcumque sit, plane videmus, quod consentiunt universi, infimae sortis hominibus celeriter esse atque opportune consulendum, cum pars maxima in misera calamitosaque fortuna indigne versentur. Nam veteribus artificum

collegiis superiore saeculo deletis, nulloque in eorum locum suffecto praesidio, cum ipsa instituta legesque publicae avitam religionem exuissent, sensim factum est ut opifices inhumanitati dominorum effrenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderit. — Malum auxit usura vorax, quae non semel Ecclesiae iudicio damnata, tamen ab hominibus avidis et quaestuosis per aliam speciem exercetur eadem; huc accedunt et conductio operum et rerum omnium commercia fere in paucorum redacta potestatem, ita ut opulenti ac praedivites perpauci prope servile iugum infinitae proletariorum multitudini imposuerint.

Ad huius sanationem mali *Socialistae* quidem, sollicitatâ egentium in locupletes invidiâ evertere privatas bonorum possessiones contendunt oportere, earumque loco communia universis singulorum bona facere, procurantibus viris qui aut municipio praesint, aut totam rempublicam gerant. Eiusmodi tralatione bonorum a privatis ad commune, mederi se posse praesenti malo arbitrantur, res et comoda inter cives aequabiliter partiendo. Sed est adeo eorum ratio ad contentionem dirimendam inepta, ut ipsum opificum genus afficiat incommodo: eademque praeterea est valde iniusta, quia vim possessoribus legitimis affert, pervertit officia reipublicae, penitusque miscet civitates.

Sane, quod facile est pervidere, ipsius operae, quam suscipiunt qui in arte aliqua quaestuosa versantur, haec per se caussa est, atque hic finis quo proxime spectat artifex, rem sibi quaerere privatoque iure possidere uti suam ac propriam. Is enim si vires, si industriam suam alteri commodat, hanc ob caussam commodat, ut res adipiscatur ad victum cultumque necessarias: ideoque ex opera data ius verum perfectumque sibi quaerit non modo exigendae mercedis, sed et collocandae uti velit. Ergo si tenuitate sumptuum quicquam ipse comparsit, fructumque parsimoniae suae, quo tutior esse custodia possit, in praedio collocavit, profecto praedium istiusmodi nihil est aliud, quam merces ipsa aliam induta speciem: proptereaque coemptus sic opifici fundus tam est in eius potestate futurus, quam parta labore merces. Sed in hoc plane, ut facile intelligitur,

rerum dominium vel moventium vel solidarum consistit. In eo igitur quod bona privatorum transferre *Socialistae* ad commune nituntur, omnium mercenariorum faciunt conditionem deteriore, quippe quos, collocandae mercedis libertate sublata, hoc ipso augendae rei familiaris utilitatumque sibi comparandarum spe et facultate despoliant.

Verum, quod maius est, remedium proponunt cum iustitia aperte pugnans, quia possidere res privatim ut suas, ius est homini a natura datum. — Revera hac etiam in re maxime inter hominem et genus interest animantium ceterarum. Non enim se ipsae regunt belluae, sed reguntur gubernanturque duplici naturae instinctu: qui tum custodiunt expectant in eis facultatem agendi, viresque opportune evolvunt, tum etiam singulos earum motus exsuscitant iidem et determinant. Altero instinctu ad se vitamque tuendam, altero ad conservationem generis ducuntur sui. Utrumque vero commode assequuntur earum rerum usu quae adsunt, quaeque praesentes sunt: nec sane progredi longius possent, quia solo sensu moventur rebusque singularibus sensu perceptis. — Longe alia hominis natura. Inest in eo tota simul ac perfecta vis naturae animantis, ideoque tributum ex hac parte homini est, certe non minus quam generi animantium omni, ut rerum corporearum fruatur bonis. Sed natura animans quantumvis cumulate possessa, tantum abest ut naturam circumscribat humanam, ut multo sit humanâ naturâ inferior, et ad parendum huic obediendumque nata. Quod eminent atque excellit in nobis, quod homini tribuit ut homo sit, et a belluis differat genere toto, mens seu ratio est. Et ob hanc caussam quod solum hoc animal est rationis particeps, bona homini tribuere necesse est non utenda solum, quod est omnium animantium commune, sed stabili perpetuoque iure possidenda, neque ea dumtaxat quae usu consumuntur, sed etiam quae, nobis utentibus, permanent.

Quod magis etiam apparet, si hominum in se natura altius spectetur. — Homo enim cum innumerabilia ratione comprehendat, rebusque praesentibus adiungat atque annectat futuras, cumque

actionum suarum sit ipse dominus, propterea sub lege aeterna, sub potestate omnia providentissime gubernantis Dei, se ipse gubernat providentia consilii sui: quamobrem in eius est potestate res eligere quas ad consulendum sibi non modo in praesens, sed etiam in reliquum tempus, maxime iudicet idoneas. Ex quo consequitur, ut in homine esse non modo terrenorum fructuum, sed ipsius terrae dominatum oporteat, quia e terrae fetu sibi res suppeditari videt ad futurum tempus necessarias. Habent cuiusque hominis necessitates velut perpetuos redditus, ita ut hodie expletae, in crastinum nova imperent. Igitur rem quamdam debet homini natura dedisse stabilem perpetuoque mansuram, unde perennitas subsidii expectari posset. Atqui istiusmodi perennitatem nulla res praestare, nisi cum ubertatibus suis terra, potest.

Neque est, cur providentia introducatur reipublicae: est enim homo, quam respublica, senior: quocirca ius ille suum ad vitam corpusque tuendum habere naturâ ante debuit quam civitas ulla coisset. — Quod vero terram Deus universo generi hominum utendam, fruendam dederit, id quidem non potest ullo pacto privatis possessionibus obesse. Deus enim generi hominum donavisse terram in commune dicitur, non quod eius promiscuum apud omnes dominatum voluerit, sed quia partem nullam cuique assignavit possidendam, industriae hominum institutisque populorum permissâ privatarum possessionum descriptione. — Ceterum utcumque inter privatos distributa, inservire communi omnium utilitati terra non cessat, quoniam nemo est mortalium, quin alatur eo, quod agri efferunt. Qui re carent, suppleant operâ: ita ut vere affirmari possit, universam comparandi victus cultusque rationem in labore consistere, quem quis vel in fundo insumat suo, vel in arte aliqua operosa, cuius merces tandem non aliunde, quam a multiplici terrae fetu ducitur, cum eoque permutatur.

Qua ex re rursus efficitur, privatas possessiones plane esse secundum naturam. Res enim eas, quae ad conservandam vitam maximeque ad perficiendam requiruntur, terra quidem cum magna largitate fundit, sed fundere ex se sine hominum

cultu et curatione non posset. Iamvero cum in parandis naturae bonis industriam mentis viresque corporis homo insumat, hoc ipso applicat ad sese eam naturae corporeae partem, quam ipse percoluit, in qua velut formam quandam personae suae impressam reliquit; ut omnino rectum esse oporteat, eam partem ab eo possideri uti suam, nec ullo modo ius ipsius violare cuiquam licere.

Horum tam perspicua vis est argumentorum ut mirabile videatur, dissentire quosdam exoletarum opinionum restitutores: qui usum quidem soli, variosque praediorum fructus homini privato concedunt: at possideri ab eo ut domino vel solum, in quo aedificavit, vel praedium quod excoluit, plane ius esse negant. Quod cum negant, fraudatum iri partis suo labore rebus hominem, non vident. Ager quippe cultoris manu atque arte subactus habitum longe mutat: e silvestri frugifer, ex infecundo ferax effleitur. Quibus autem rebus est melior factus, illae sic solo inhaerent misceturque penitus, ut maximam partem nullo pacto sint separabiles a solo. Atqui id quemquam potiri illoque perfrui, in quo alius desudavit, utrumne iustitia patitur? Quo modo effectae res causam sequuntur a qua effectae sunt, sic operae fructum ad eos ipsos qui operam dederint, rectum est pertinere. Merito igitur universitas generis humani, dissentientibus paucorum opinionibus nihil admodum mota, studioseque naturam intuens, in ipsius lege naturae fundamentum reperit partitionis bonorum, possessionesque privatas, ut quae cum hominum natura pacatoqua et tranquillo convictu maxime congruant, omnium saeculorum usu consecravit. — Leges autem civiles, quae, cum iustae sunt, virtutem suam ab ipsa naturali lege ducunt, id ius, de quo loquimur, confirmant ac vi etiam adhibenda tuentur. — Idem divinarum legum sanxit auctoritas, quae vel appetere alienum gravissime vetant. *Non concupisces uxorem proximi tui: non domum, non agrum, non ancillam, non bovem, non asinum, et universa quae illius sunt.*<sup>1)</sup>

Iura vero istiusmodi, quae in hominibus insunt singulis, multo validiora intelliguntur esse

<sup>1)</sup> Deut. v. 21.

si cum officiis hominum in convictu domestico apta et connexa spectentur. — In deligendo genere vitae non est dubium, quin in potestate sit arbitrioque singulorum alterutrum malle, aut Iesu Christi sectari de virginitate consilium, aut maritali se vinclo obligare. Ius coniugii naturale ac primigenum homini adimere, caussamve nuptiarum praecipuam, Dei auctoritate initio constitutam, quoquo modo circumscribere lex hominum nulla potest. *Crescite et multiplicamini.*<sup>1)</sup> En igitur familia, seu societas domestica, perparva illa quidem, sed vera societas, eademque omni civitate antiquior; cui propterea sua quaedam iura officiaque esse necesse est, quae minime pendeant a republica. Quod igitur demonstravimus, ius domini personis singularibus naturâ tributum, id transferri in hominem, qua caput est familiae, oportet: immo tanto ius est illud validius, quanto persona humana in convictu domestico plura complectitur. Sanctissima naturae lex est, ut victu omnique cultu paterfamilias tueatur, quos ipse procreavit: idemque illuc a natura ipsa deducitur, ut velit liberis suis, quippe qui paternam referunt et quodam modo producant personam, acquirere et parare, unde se honeste possint in ancipiti vitae cursu a misera fortuna defendere. Id vero efficere non alia ratione potest, nisi fructuosarum possessione rerum, quas ad liberos hereditate transmittat. — Quemadmodum civitas, eodem modo familia, ut memoravimus, veri nominis societas est, quae potestate propria, hoc est paterna, regitur. Quamobrem, servatis utique finibus quos proxima eius caussa praescripserit, in deligendis adhibendisque rebus incolumitati ac iustae libertati suae necessariis, familia quidem paria saltem cum societate civili iura obtinet. Paria saltem diximus, quia cum convictus domesticus et cogitatione sit et re prior, quam civilis coniunctio, priora quoque esse magisque naturalia iura eius officiaque consequitur. Quod si cives, si familiae, convictus humani societatisque participes factae, pro adiumento offensionem, pro tutela deminutionem iuris sui in republica reperirent, fastidienda citius, quam optanda societas esset.

<sup>1)</sup> Gen. 1. 28.

Velle igitur ut pervadat civile imperium arbitratu suo usque ad intima domorum, magnus ac perniciosus est error. — Certe si qua forte familia in summa rerum difficultate consiliique inopia versetur, ut inde se ipsa expedire nullo pacto possit, rectum est subveniri publice rebus extremis: sunt enim familiae singulae pars quaedam civitatis. Ac pari modo sicubi intra domesticos parietes gravis extiterit perturbatio iurium mutuatorum, suum cuique ius potestas publica vindicato: neque enim hoc est ad se rapere iura civium, sed munire atque firmare iustâ debitâque tutela. Hic tamen consistant necesse est, qui praesint rebus publicis; hos excedere fines natura non patitur. Patria potestas est eiusmodi, ut nec extingui, neque absorberi a republica possit, quia idem et cum mune habet cum ipsa hominum vita principium. *Filii sunt aliquid patris*, et velut paternae amplificatio quaedam personae: proprieque loqui si volumus, non ipsi per se, sed per communitatem domesticam, in qua generati sunt, civilem ineunt ac participant societatem. Atque hac ipsa de caussa, quod filii sunt *naturaliter aliquid patris*. . . . *antequam usum liberi arbitrii habeant, continentur sub parentum cura.*<sup>1)</sup> Quod igitur *Socialistae*, posthabitâ providentiâ parentum, introducunt providentiam reipublicae, faciunt *contra iustitiam naturalem*, ac domorum compaginem dissolvunt.

Ac praeter iniustitiam, nimis etiam apparet qualis esset omnium ordinum commutatio perturbatioque, quam dura et odiosa servitus civium consecutura. Aditus ad invidentiam mutuam, ad obtrectationes et discordias patefieret: ademptis ingenio singulorum sollertiaeque stimulis, ipsi divitiarum fontes necessario exarescerent: eaque, quam fingunt cogitatione, aequabilitas, aliud revera non esset nisi omnium hominum aequae misera atque ignobilis, nullo discrimine, conditio. — Ex quibus omnibus perspicitur, illud *Socialismi* placitum de possessionibus in commune redigendis omnino repudiari oportere, quia iis ipsis, quibus est opitulandum, nocet; naturalibus singulorum iuribus repugnat, officia reipublicae tranquillitatemque

<sup>1)</sup> S. Thvm. II-II. Quaest. x art. XII.

communem perturbat. Maneat ergo, cum plebi sublevatio quaeritur, hoc in primis haberi fundamenti instar oportere, privatas possessiones inviolate servandas. Quo posito, remedium, quod exquiritur, unde petendum sit, explicabimus.

Confidenter ad argumentum aggredimur ac plane iure Nostro, propterea quod causa agitur ea, cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi advocatâ religione Ecclesiaque, reperietur. Cum vero et religionis custodia, et earum rerum, quae in Ecclesiae potestate sunt, penes Nos potissimum dispensatio sit, neglexisse officium taciturnitate videremur. — Profecto aliorum quoque operam et contentionem tanta haec causa desiderat; principum reipublicae intelligimus, dominorum ac locupletium, denique ipsorum, pro quibus contentio est, proletariorum: illud tamen sine dubitatione affirmamus, inania conata hominum futura, Ecclesiâ posthabitâ. Videlicet Ecclesia est, quae promittit ex Evangelio doctrinas, quarum virtute aut plane componi certamen potest, aut certe fieri, detracta asperitate, mollius: eademque est, quae non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum praeceptis suis contendit: quae statum ipsum proletariorum ad meliora promovet pluribus utilissime institutis; quae vult atque expetit omnium ordinum consilia viresque in id consociari, ut opificum rationibus, quam commodissime potest, consulatur: ad eamque rem adhiberi leges ipsas auctoritatemque reipublicae, utique ratione ac modo, putat oportere.

Illud itaque statuatur primo loco, ferendam esse conditionem humanam: ima summis paria fieri in civili societate non posse. Agitant id quidem *Socialistae*: sed omnis est contra rerum naturam vana contentio. Sunt enim in hominibus maximae plurimaeque naturâ dissimilitudines: non omnium paria ingenia sunt, non sollertia, non valetudo, non vires; quarum rerum necessarium discrimen sua sponte sequitur fortuna dispar. Idque plane ad usus cum privatorum tum communitatis accommodate; indiget enim varia ad res gerendas facultate diversisque muneribus vita communis; ad quae fungenda munera potissimum impelluntur

homines differentiâ rei cuiusque familiaris. — Et ad corporis laborem quod attinet, in ipso *statu innocentiae* non iners omnino erat homo futurus: at vero quod ad animi delectationem tunc libere optavisset voluntas, idem postea in expiationem culpae subire non sine molestiae sensu coegit necessitas. *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae.*<sup>1)</sup> — Similique modo finis acerbitatum reliquarum in terris nullus est futurus, quia mala peccati consectaria aspera ad tolerandum sunt, dura, difficilia: eaque homini usque ad ultimum vitae comitari est necesse. Itaque pati et perpeti humanum est, et ut homines experiantur ac tentent omnia, istiusmodi incommoda evellere ab humano convictu penitus nulla vi, nulla arte poterunt. Siqui id se profiteantur posse, si miserae plebi vitam polliceantur omni dolore molestiaeque vacantem, et refertam quiete ac perpetuis voluptatibus, nae illi populo imponunt, fraudemque struunt, in mala aliquando erupturam maiora praesentibus. Optimum factu res humanas, ut se habent, ita contueri, simulque opportunum incommodis levamentum, uti diximus, aliunde petere.

Est illud in causa, de qua dicimus, capitale malum, opinione fingere alterum ordinem sua sponte infensum alteri, quasi locupletes et proletarios ad digladiandum inter se pertinaci duello natura comparaverit. Quod adeo a ratione abhorret et a veritate, ut contra verissimum sit, quo modo in corpore diversa inter se membra conveniunt, unde illud existit temperamentum habitudinis, quam symmetriam recte dixeris, eodem modo naturam in civitate praecepisse ut geminae illae classes congruant inter se concorditer, sibi que convenienter ad aequilibratam respondeant. Omnino altera alterius indiget; non res sine operâ, nec sine re potest opera consistere: Concordia gignit pulcritudinem rerum atque ordinem: contra ex perpetuitate certaminis oriatur necesse est cum agresti immanitate confusio. Nunc vero ad dirimendum certamen, ipsasque eius radices amputandas, mira vis est institutorum christianorum, eaque multiplex. —

<sup>1)</sup> Gen. III., 17.

Ac primum tota disciplina religionis, cuius est interpres et custos Ecclesia, magnopere potest locupletes et proletarios componere invicem et coniungere, scilicet utroque ordine ad officia mutua revocando, in primisque ad ea quae a iustitia ducuntur. Quibus ex officiis illa proletarium atque opificem attingunt; quod libere et cum aequitate pactum operae sit, id integre et fideliter reddere: non rei ullo modo nocere, non personam violare dominorum: in ipsis tuendis rationibus suis abstinere a vi, nec seditionem induere unquam: nec commisceri cum hominibus flagitiosis, immodicas spes et promissa ingentia artificiose iactantibus, quod fere habet poenitentiam inutilem et fortunarum ruinas consequentes. — Ista vero ad divites spectant ac dominos: non habendos mancipiorum loco opifices: vereri in eis aequum esse dignitatem personae, utique nobilitatam ab eo, character christianus qui dicitur. Quaestuosas artes, si naturae ratio, si christiana philosophia audiatur, non pudori homini esse, sed decori, quia vitae sustentandae praebent honestam potestatem. Illud vere turpe et inhumanum, abuti hominibus pro rebus ad quaestum, nec facere eos pluris, quam quantum nervis polleant viribusque. Similiter praecipitur, religionis et bonorum animi haberi rationem in proletariis oportere. Quare dominorum partes esse, efficere ut idoneo temporis spatio pietati vacet opifex: non hominem dare obvium lenociniis corruptelarum illecebrisque peccandi: neque ullo pacto a cura domestica parsimoniaeque studio obducere. Item non plus imponere operis, quam vires ferre queant, nec id genus, quod cum aetate sexuque dissideat. In maximis autem officiis dominorum illud eminent, iusta unicuique praebere. Profecto ut mercedis statuatur ex aequitate modus, caussae sunt considerandae plures: sed generatim locupletes atque heri meminerint, premere emolumentum sui causa indigentes ac miseros, alienaque ex inopia captare quaestum, non divina, non humana iura sinere. Fraudare vero quemquam mercede debita grande piaculum est, quod iras e caelo ultrices clamore devocat. *Ecce merces operariorum . . . quae fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures Domini*

*Sabaoth introvit.*<sup>1)</sup> Postremo religiose cavendum locupletibus ne proletariorum compendiis quicquam noceant nec vi, nec dolo, nec fenebribus artibus: idque eo vel magis quod non satis illi sunt contra iniurias atque impotentiam muniti, eorumque res, quo exilior, hoc sanctior habenda.

His obtemperatio legibus nonne posset vim caussasque dissidii vel sola restinguere? — Sed Ecclesia tamen, Iesu Christo magistro et duce, persequitur maiora: videlicet perfectius quiddam praecipiendo, illuc spectat, ut alterum ordinem vicinitate proxima amicitiaque alteri coniungat. — Intelligere atque aestimare mortalia ex veritate non possumus, nisi dispexerit animus vitam alteram eamque immortalem: qua quidem dempta, continuo forma ac vera notio honesti interiret: immo tota haec rerum universitas in arcanum abiret nulli hominum investigationi pervium. Igitur, quod naturam ipsa admonente didicimus, idem dogma est christianum, quo ratio et constitutio tota religionis tamquam fundamento principe nititur, cum ex hac vita excesserimus, tum vere nos esse victuros. Neque enim Deus hominem ad haec fragilia et caduca, sed ad caelestia atque aeterna generavit, terramque nobis ut exulandi locum, non ut sedem habitandi dedit. Divitiis ceterisque rebus, quae appellantur bona, affluas, careas, ad aeternam beatitudinem nihil interest: quemadmodum utare, id vero maxime interest. Acerbitates varias, quibus vita mortalis fere contextitur, Iesus Christus *copiosa redemptione* sua nequaquam sustulit, sed in virtutum incitamenta, materiamque bene merendi traduxit: ita plane ut nemo mortalium queat praemia sempiterna capessere, nisi cruentis Iesu Christi vestigiis ingrediatur. *Si sustinebimus, et conregnabimus.*<sup>2)</sup> Laboribus ille et cruciatibus sponte susceptis, cruciatuum et laborum mirifice vim delenivit: nec solum exemplo, sed gratia sua perpetuaeque mercedis spe proposita, perpersionem dolorum effecit faciliorem: *id enim, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in caelis.*<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Iac. v, 4. — <sup>2)</sup> II ad Tim. II, 12. — <sup>3)</sup> II Cor. IV, 17.

## Erlaß des k. k. Finanz-Ministeriums vom 23. Juni 1891, Z. 45.278,

betreffend die Entrichtung von Gebühren bei Dienstverleihungen nach Tarif-Post 40 des Gesetzes vom 13. Dec. 1862.

Laut Zuschrift der k. k. Finanz-Direction in Laibach vom 10. Juli 1891, Nr. 9794, hat das hohe k. k. Finanz-Ministerium mit dem Erlaße vom 23. Juni 1891, Z. 45.278 ex 1890 mit Beziehung auf den hohen Erlaß vom 8. März 1889, Z. 22.769, womit wegen Vergebührung der durch die Ordinariate verfügbaren Dienstverleihungen im niederen Clerus einige Weisungen ertheilt worden sind, einestheils zum Zwecke der einheitlichen Gebührenbemessung von den Verleihungen aller — namentlich auch der höheren — geistlichen Aemter und Dienstposten, anderentheils zur Vermeidung von mehrfach wahrgenommenen mit den erzielten Erfolgen meist in keinem Verhältnisse stehenden Weitwendigkeiten — der vorgedachten k. k. Finanz-Direction Folgendes zur Darnachachtung in Erinnerung gebracht.

### I. Allgemeine Bestimmungen.

a) Der in der Tar.-Post 23 (Schlagwort „Beneficiaverleihungen“) und in der Tar.-Post 40 des Gesetzes vom 13. December 1862 angeordneten Gebühr unterliegen gemäß § 17 dieses Gesetzes alle Besetzungen geistlicher Beneficien, kirchlicher Aemter und Dienstposten, welcher Art immer und zwar sowohl der höheren als der niederen, ohne Unterschied der Confession, wenn mit denselben ein selbstständiges Einkommen verbunden oder zugesichert ist, dies zwar auch ohne Unterscheidung, ob die Verleihung auf dem Willensacte einer Person (z. B. *nominatio regia*, *collatio libera* u. s. w.) oder auf Willenseinigung mehrerer Personen (Präsentation und Investur, Wahl u. s. w.) beruht.

b) Die nach den bezogenen Gesetzesstellen entfallenden Gebühren sind durch das Vorhandensein einer schriftlichen Beurkundung der erfolgten Uebertragung des Beneficiums, Amtes oder Dienstpostens bedingt. Eine solche Beurkundung ist nicht bloß dann vorhanden, wenn wegen der Uebertragung eines geistlichen Amtes an den Bestellten ein An-

stellungsdecret (Schlagwort „Anstellungsdecrete“ des Gebührenentartarifes vom Jahre 1862), ein Bestallungsbrief (Schlagwort „Bestallungsbriefe“ des Gebührenentartarifes vom Jahre 1850) ausgefertigt wird, sondern es genügt bei den der Gebühr nach Absatz a der bezogenen Tar.-Post 40 zugewiesenen Verleihungen geistlicher Aemter und Dienststellen, wenn über dieselben ein Ernennungs- (Wahl-) Act errichtet und hinterlegt wird.

c) Bei den, nach den vorcitirten Gesetzesstellen entfallenden, nach den unten folgenden Bemerkungen zu berechnenden Gebühren für die urkundliche Verleihung von geistlichen Aemtern und Dienstposten ist eine Entrichtung mittelst Stempelmarken am Verleihungsacte nur dann zulässig, wenn in demselben der Geldwerth der Jahresgenüsse, nach welchen sich die Gebühr richtet, auf die im § 4 B des Gesetzes vom 9. Februar 1850 bestimmte Weise angegeben, resp. ausgedrückt ist.

In allen anderen Fällen tritt gemäß § 5 B b des letztcitirten Gesetzes die unmittelbare Gebührent Entrichtung und nach § 43 ebenda die Verpflichtung ein, die erfolgte Verleihung zur amtlichen Bemessung der Gebühren anzuzeigen.

Da der erste Fall sich wohl sehr selten ereignen wird, vielmehr in der Regel die ziffermäßige Bewerthung des Einkommens, z. B. der Werth einer Naturalwohnung, im Verleihungsacte nicht ausgedrückt ist, so ergibt sich, daß in Wirklichkeit wohl die meisten Besetzungen der geistlichen Beneficien, kirchlichen Aemter und sonstigen Dienstposten zur amtlichen Bemessung der Gebühren werden angezeigt werden müssen.

d) Die rechtzeitige Erfüllung der Gebührentpflicht obliegt gemäß § 44 1 c, § 64, Absatz 1 und § 68, Abs. 1 des Gesetzes vom 9. Februar 1850 dem kirchlichen Obern (Communität, welche die Wahl vornimmt) solidarisch mit demjenigen, welchem das geistliche Amt oder der Dienstposten verliehen wird

Die Unterlassung in der Erfüllung der gesetzlichen Gebührenpflicht hemmt nicht nur nach § 2 des Gesetzes vom 18. März 1878 die Verjährung des Bemessungsrechtes hinsichtlich der einfachen Gebühr, sondern zieht auch die im § 79 des Gesetzes vom 9. Februar 1850 vorgesehenen Straffolgen nach sich.

## II. Anwendung der gebührengesetzlichen Bestimmungen auf die Verleihungen geistlicher Ämter und Dienstposten.

a) Bei kirchlichen Ämtern, welche mit oder ohne Investitur auf Lebenszeit verliehen werden.<sup>1)</sup>

Für die Verleihung solcher Ämter, zu denen namentlich die Ernennungen resp. Wahlen aller Erzbischöfe, Bischöfe, Domherren, weltgeistlicher Seelsorger (Pfarrer) ausnahmslos gehören, ist die in der cit. Tar.-Post 40 a festgesetzte Gebühr auf Grund der vorzulegenden, von der politischen Landesbehörde nach dem Zeitpunkte der erfolgten Besetzung adjustirten Ertragsausweise aus dem Zehnfachen des reinen Einkommens (§ 16 c Geb.-Ges.) zuzüglich des aus eventuellen Zinsfassionen oder im Wege des Uebereinkommens (§ 54. Geb.-Ges.) zu ermittelnden Werthes der Naturalwohnung (Residenz) zu bemessen.

Zum Zwecke dieser Gebührenbemessung hat eine weitere Prüfung des von der politischen Landesbehörde ermittelten Reineinkommens in der Regel nicht mehr stattzufinden.

Insbekondere ist bei allen selbstständigen Seelsorgeposten, welche eine Dotationsergänzung zur Congrua aus den Religionsfonds oder aus dem Staatschatz (Dalmatien, griechisch-orientalische Kirche) genießen, ausnahmslos lediglich das nach dem jeweiligen Congrua-Gesetze (derzeit Gesetz vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. 47, und Ministerial-Verord. vom 29. Jänner 1890, R.-G.-Bl. 7) gewährleistete Minimaleinkommen (Congrua) zuzüglich des nach vorstehenden Grundsätzen zu ermittelnden Werthes der

Naturalwohnung (Residenz) als Bemessungsgrundlage anzunehmen.

b) Bei kirchlichen Ämtern und Dienstposten, welche blos zeitweilig durch beliebig abzu berufende Functionäre besetzt werden.

Für die Besetzung solcher Posten, zu denen namentlich die Bestellungen der Hilfspriester (Cooperatoren, Capläne u. s. w.) gehören, ist die in der Tar.-Post 40 a festgestellte Gebühr blos aus dem Dreifachen der Jahresgenüsse (§ 16., Absatz e, Geb.-Ges.) zu bemessen.

Befindet sich der Hilfspriester im Genuße eines selbstständigen, für den bekleideten Posten gestifteten Einkommens, so hat die adjustirte Fassion, in allen Fällen, wo das Einkommen ganz oder theilweise aus den Religionsfonds oder aus dem Staatschatz (Dalmatien, gr.-or. Kirche) bestritten wird, die nach den vorcitirten Gesetzen und dem Gesetze vom 13. April 1890, R.-G.-Bl. 65, entfallende Hilfspriester-Congrua und zwar ohne Veranschlagung des Wohnungswerthes die Bemessungsgrundlage zu bilden.

Auch in Fällen, wo der Hilfspriester zur Gänze vom Pfarrer aus dem Pfründenvermögen erhalten wird, hat die gesetzliche Congrua als Bemessungsgrundlage zu dienen.

Bezüglich der Bestellung von Pfarr-Administratoren, Provisoren wird ein für allemal gestattet, daß die Gebühr gemäß Tarif-Post 40, Abs. d nach Scala II. und nachhinein nur von demjenigen Betrage der gesetzlich normirten Provisorenentlohnung gefordert werde, welchen der Bestellte während der Dauer seiner Dienstleistung bezogen hat, wobei die Bezüge einer dreijährigen Administration (Providirung) das Höchstausmaß der Bemessungsgrundlage bilden. Hierbei ist es gleichgiltig, in welcher Form der Provisor diese Entlohnung bezieht, ob in Geld aus dem Religionsfonde, oder in Geld und Naturalien aus dem Pfründeneinkommen.

## III. Beförderungen und Versetzungen.

Wenn ein Priester, welcher bereits ein geistliches Amt oder einen geistlichen Dienstposten, welcher Art immer inne hatte, von demselben Ordinarius ein

<sup>1)</sup> Anmerkung. Im Zweifel, ob es sich in einem concreten Falle um eine Dienstesverleihung auf Lebenszeit handle oder nicht, ist die Wohlmeinung der politischen Landesstelle als Cultusbehörde einzuholen.

anderes geistliches Amt oder einen anderen Dienstesposten erhält oder wenn seine Bezüge auf demselben Posten erhöht werden, so wird gemäß Anmerkung 3 zur citirten Tarif-Post 40 a auf die von den vorausgegangenen Dienstesverleihungen beziehungsweise von den früheren Bezügen bereits entrichteten Gebühren dann Rücksicht genommen, wenn dieselben nach dem Abfage a dieser Tarif-Post (Scala III.) bemessen worden sind.

Ist die neu verliehene Stelle höher dotirt als die früher bekleidete, so findet von der ersteren die Gebührenbemessung nur aus dem, nach vorstehenden Grundsätzen festzustellenden Mehrgenusse statt, dies aber auch nur unter der Voraussetzung, daß die Entrichtung dieser Gebühr von dem früher erlangten Genusse bezw. die Befreiung von derselben nach den zur Zeit in Wirksamkeit gewesenen Gesetzen nachgewiesen wird.

Hiernach sind z. B. Ernennungen (Wahlen) oder Borrückungen von Domherren auf höher dotirte Stellen im Kapitel, Versetzungen von selbstständigen und Hilfspriestern auf höher dotirte Posten innerhalb derselben Diöcese, Beförderungen von Hilfspriestern zu Pfarrern, Erhöhungen des Einkommens durch Congrua-Ergänzung u. d. gl. zu behandeln.

Ist die von demselben Ordinarius verliehene Stelle gleich oder minder dotirt, so ist nach Anmerkung 3 zur mehrbezogenen Tarif-Post und nach Tarif-Post 101, II. b, jedenfalls der Stempel von 50 fr. zur Beurkundung zu verwenden.

#### IV. Regular - Clerus.

Die Bemessung des  $\frac{1}{4}\%$ igen Pauschales nach Anmerkung 4 zur Tarif-Post 40 a von der Besetzung (Wahl) der Vorsteherposten geistlicher Communitäten, in welchen für diese Posten und für die sonstigen Aemter keine abgeforderten Diensteseinkünfte bestimmt sind, ist nach folgenden Grundsätzen vorzunehmen:

Nach der klaren Bestimmung der Anmerkung 4 zur Tarif-Post 40 a des Gesetzes vom 13. December 1862 umfaßt das jährliche Pauschale von  $\frac{1}{4}$  Percent des reinen Einkommens der Communität die Gebühr nicht bloß für das Amt des Vorstehers, sondern auch für die anderen in der Communität bestehenden Aemter,

für welche abgeforderte Diensteseinkünfte nicht bemessen sind.

Das Gesetz unterscheidet dabei nicht, ob der Vorsteher auf Lebenszeit oder auf eine bestimmte Periode gewählt (ernannt) wird.

Dieser Umstand ist daher für die Gebührenpflicht ohne Belang.

Aus dem § 17 des Gesetzes vom 13. December 1862 ergab sich nur die Consequenz, daß bei jenen Communitäten, welche der Wahlbestätigungstage (§ 208 u. ff. des Taxpatentes vom Jahre 1840) nicht unterlagen, die Verpflichtung zur Entrichtung des  $\frac{1}{4}$ percentigen Pauschales von der Wahl des Vorstehers gar nicht abhängig war, sondern gleich von der Wirksamkeit des Gesetzes, d. i. vom 1. Jänner 1863 an, unbedingt eintrat, während bei jenen Communitäten, welche der Nichtbestätigungstage unterlagen, nur der Beginn der Verbindlichkeit zur Entrichtung des gedachten Gebührenpauschales bis zu dem Eintritte des ersten Falles der Neuwahl des Vorstehers hinausgeschoben wurde.

Die einmal begonnene Gebührenpflicht läuft aber bei beiden Categorien der Communitäten und zwar auch während der Zeiträume, in welchen die Vorsteherstelle erledigt ist, ununterbrochen fort.

Die Ermittlung des reinen Einkommens der Communität und die Vorschreibung des jährlichen Pauschales hat nur bei der jedesmaligen Wahl des Vorstehers zu geschehen und für die Dauer seines Amtes zu gelten. Diese Bestimmung ist aber nur in dem Sinne aufzufassen, daß die Höhe des jährlichen Pauschales in Ansehung beider Categorien der Communitäten bei dem jedesmaligen Wechsel in der Person des Vorstehers neuerlich zu bestimmen ist, ohne Unterschied, ob der Vorsteher von den Conventualen gewählt, oder von einem inländischen oder ausländischen Obern ernannt wird, ferner ob bei der Wahl oder dem Ernennungsacte beziehungsweise dem Amtsantritte des Vorstehers die politische Behörde intervenirt oder nicht.

Der Umstand, daß einer Communität zu ihrer besseren Subsistenz eine jährliche Dotation aus dem Religionsfonde gewährt wird, begründet keineswegs einen gesetzlichen Befreiungstitel.

Das reine Jahreseinkommen der Communität unterliegt vielmehr ohne Unterschied, ob das Einkommen aus einem derselben gehörigen Vermögensstamme, oder aus anderen Quellen herrührt, dem  $\frac{1}{4}$  percentigen Gebührenpauschale. Es haben daher auch die Mendicantenklöster dieses Pauschal zu entrichten.

Bei Ermittlung des reinen Einkommens müssen nach dem oben Gesagten auch die oberwähnten Dotationen und zwar, wenn sie einem Wechsel nach der Kopfbzahl der Conventualen unterliegen, auf Grund eines mehrjährigen Durchschnittes veranschlagt werden.

Insoferne jedoch ein Convent einen bestimmten Theil seiner Einkünfte zu wohlthätigen oder humanitären Zwecken verwenden muß, wird jener Theil der Einkünfte, welcher erwiesenermassen, sei es vermöge der Ordensregel, sei es in Erfüllung einer stiftungsmäßigen Anordnung zu dem gedachten Zwecke verwendet wird, bei der Gebührenbemessung allerdings auszuscheiden sein.

Ergebnisse von Sammlungen, Almosenspenden und andere einem Kloster nicht regelmäßig zufließende Gaben sind zum Jahreseinkommen nicht zuzuschlagen.

Jene inländischen Communitäten, welche im Inlande Zweigniederlassungen (Filialen, Exposituren) haben, denen zu ihrem gemeinsamen Unterhalte die Dotation aus dem Mutterhause zugewiesen ist, haben auch das von dieser Dotation entfallende Gebührenpauschale für die Zweigniederlassung zu entrichten.

Hat jedoch eine solche Zweigniederlassung nebst einer Dotation aus dem Mutterhause noch ein eigenes Einkommen, so hat sie das letztere bei jedesmaliger Veränderung in der Person ihres Localvorstehers behufs der Gebührenbemessung besonders einzubekennen und hievon das Pauschale zu entrichten.

Zweigniederlassungen, deren Mutterhaus sich im Auslande befindet, haben ihr gesamtes Einkommen, es mag in einer Dotation aus dem Mutterhause, oder in einem eigenen Einkommen bestehen, selbst einzubekennen und zu vergebühren. Die gebührenpflichtigen Communitäten sind gemäß § 44 des Gesetzes vom 9. Februar 1850 bei Vermeidung der im § 80 dieses Gesetzes normirten nachtheiligen Folge verpflichtet, jeden Wechsel in der Person des Vorstehers zur Anzeige zu bringen. Bei der Bemessung des Pauschales für die Wahl des Vorstehers jener Regular-Communitäten, welche incorporirte Pfarren zur Besetzung zugewiesen haben, muß nicht nur das reine Jahreseinkommen des Stiftes, Klosters u. s. w., sondern auch das Reineinkommen der incorporirten Pfarren in Anschlag gebracht werden, wogegen dann selbstverständlich für die Besetzung dieser letzteren eine Dienstverleihungsgebühr nicht zu bemessen ist.

Hievon wird die hochw. Geistlichkeit mit Beziehung auf die h. ä. Mittheilung vom 28. Mai 1889, Nr. 33 („Diöcesan-Blatt“ de 1889, VI. p. 61) zur Benehmungswissenschaft hiemit in Kenntniß gesetzt.

### Bad Hall in Oberösterreich.

Der Landesauschuß für Oberösterreich hat die Wahrnehmung gemacht, daß zum Zwecke der Erlangung von Zahlungsbegünstigungen beim Bädergebrauche in der im Besitze des Landes Oberösterreich befindlichen Landesbadeanstalt in Bad Hall, beziehungsweise zum Zwecke der Aufnahme in das in der Verwaltung des oberösterr. Landesauschusses stehende Armenbadespital in Bad Hall von den berufenen Organen Armuthszeugnisse häufig auch solchen Personen ausgestellt werden, welche nach ihren Vermögensverhältnissen darauf einen Anspruch zu erheben keineswegs berechtigt wären, und denen die Ausstellung eines solchen Zeugnisses zu jedem anderen Zwecke

und insbesondere zur Erlangung einer Armenunterstützung seitens der Heimatgemeinde verweigert werden würde.

Da der oberösterreichische Landesauschuß bei der Entscheidung über die Rückfichtswürdigkeit eines Gesuchstellers in der Regel nur auf das beigebrachte Armuthszeugniß angewiesen ist, und daher bei dem erwähnten Vorgange der zur Ausstellung von Armuthszeugnissen berufenen Organe der Haller Badefond empfindlichen Schädigungen ausgesetzt, außerdem aber wirklich armen Bewerbern die Gelegenheit zum Bädergebrauche entzogen wird, hat der eingangs gedachte Landesauschuß mit der Zuschrift vom 5. Sept. 1890,

3. 10.055, das Ministerium des Innern ersucht, diesen Uebelständen gegenüber Abhilfe zu schaffen.

Zufolge Erlasses des gedachten hohen k. k. Ministeriums ddo 27. April d. J., 3. 6182, und Eröffnung der k. k. Landesregierung in Laibach vom 7. Mai 1891, Nr. 5209, wird den hochw. Pfarrämtern ein rigoroses

Vorgehen bei Ausstellung von Armutszugnissen behufs Erlangung von Begünstigungen beim Bädergebrauche in Bad Hall hiemit zur Pflicht gemacht und bedeutet, daß solche Zeugnisse nur an wirklich hilfsbedürftige Arme ausgestellt werden dürfen.

36.

## Die persönliche Befreiung vom Gebührenäquivalente

nach dem Gesetze vom 15. Februar 1877 kommt nicht nur den Curat-Beneficien, sondern schlechthin allen Beneficien zu.  
Erkenntniß vom 25. Februar 1890, 3. 604.

Don Bigilio Amez (Adv. Dr. Lorenzoni) ca. Finanzministerium (M.-G. Dr. Ritter von Beck); C. vom 13. März 1889, 3. 6919, puncto Gebührenäquivalent.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Ges. vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe. § 1 des Gesetzes vom 15. Februar 1877, R.-G.-Bl. Nr. 98, bestimmt ausdrücklich: Inhaber jener Beneficien, deren reines Einkommen jährlich 500 fl. De. W. nicht übersteigt, sind von der Entrichtung des Gebührenäquivalentes persönlich befreit, ohne weiter nach der Natur des Beneficiums und insbesondere darnach zu unterscheiden, ob dasselbe mit Seelsorge verbunden sei oder nicht (beneficium curatum — beneficium simplex s. non curatum).

Die Finanzverwaltung hat nun den Beschwerdeführer gebührenäquivalentpflichtig erklärt, ungeachtet sie demselben den Charakter als Beneficiat nicht bestritten und ebensowenig in Abrede stellt, daß das reine Einkommen aus dem Beneficium 500 fl. De. W. jährlich nicht übersteigt. Die Finanzverwaltung ist nämlich von der Ansicht ausgegangen, daß die Bestimmung des § 1, Abs. 1, des cit. Gesetzes nur von Curat-Beneficien, welche Art von Beneficien die Finanzverwaltung als eigentliche Beneficien oder Beneficien im engeren Sinne bezeichnet, zu gelten habe.

Diese Unterscheidung findet jedoch, wie oben angedeutet, nicht den geringsten Anhaltspunkt in der gesetzlichen Bestimmung und kann ein solcher Anhaltspunkt insbesondere auch aus dem zweiten Absätze des § 1 l. c. nicht abgeleitet werden, welcher Absatz die Anordnung enthält, daß, wo einem Fonde die Congruaergänzung obliegt — welche Voraussetzung regelmäßig allerdings nur bei Curat-Beneficien zutrifft — dieser Fond auch das Äquivalent zu zahlen habe. Dies ist eine Bestimmung für sich, welche mit der im Abs. 1 getroffenen nicht vermengt werden darf;

es ist insbesondere hiernach keineswegs ausgeschlossen, daß die Voraussetzungen des 1. Absatzes auch in Fällen gegeben erscheinen, wo die des 2. Absatzes nicht zutreffen, daß also das Geltungsgebiet der ersten Bestimmung weiter greift, als das der zweiten, und Fälle sich ergeben können, wo die persönliche Befreiung des Beneficiaten platzgreift und die Bezahlung der Äquivalentgebühr durch einen Fond nicht platzgreift.

Die Unterscheidung der Finanzverwaltung nach der Natur der Beneficien ist aber umso unzulässiger, als auch das Gesetz vom 13. December 1862, R.-G.-Bl. Nr. 89, sowohl dort, wo es die Äquivalentpflicht der Beneficien als Regel normirt — L.-P. 106 B, e 1 — als auch dort, wo es deren Äquivalent-Freiheit als Ausnahme statuirt — Anmerkung 2 e zur L.-P. 106 B e — von Beneficien schlechthin spricht, ohne zwischen Curat- und einfachen Beneficien zu unterscheiden, welche letztere Bestimmung dann mit alleiniger Abänderung des auf 500 fl. statt 315 fl. De. W. erhöhten reinen Einkommenssatzes, vollinhaltlich und wörtlich in den § 1 des späteren Gesetzes vom 15. Februar 1877 übergegangen ist.

Demnach mußte die angefochtene Entscheidung, welche den Beschwerdeführer als Beneficiaten äquivalentpflichtig erklärt, als der klaren Anordnung des Abs. 1, § 1, des letztcitirten Gesetzes widerstreitend, aufgehoben werden.

Den in der ö. m. Verhandlung von dem Regierungsvertreter eingenommenen Standpunkt, daß hier überhaupt kein Beneficium, sondern eine Stiftung in Frage stehe, konnte der R.-G.-Hof schon deshalb nicht in Erwägung ziehen, weil dies, wie gezeigt, nicht der Standpunkt der angefochtenen Entscheidung ist und daher auch die Frage, ob die Äquivalentpflicht hier den Beschwerdeführer als Nutznießer einer Stiftung treffe, welche nicht zum Zwecke, einer kirchlichen Person ein Einkommen zu verschaffen, errichtet, mit der also auch kein Beneficium creirt worden sei, dem Gerichtshofe nicht zur Entscheidung vorlag.

37.

### Ausschreibung der Johann Nep. Schlacker'schen Stiftung für Lehrerswitwen.

Die vom Normalschuldirektor, k. k. Schulrath und Ehrendomherrn Johann Nep. Schlacker errichtete Stiftung zur Unterstützung von je einer Volksschullehrerwitwe ist für die Zeit vom 1. August 1890 bis hin 1891 wieder einer Anderen zu verleihen.

Solche Witwen, welche sonst keine Stiftung genießen, wollen durch die hochw. Pfarrämter von der Ausschreibung dieser Stiftung mit dem Bemerken

verständigt werden, daß sie im Falle einer Bewerbung um dieselbe ihr diesfälliges Gesuch mit glaubwürdigen Zeugnissen über ihre wirkliche Armuth, ihren tadellosen Lebenswandel und über den mindestens zehnjährigen, im Lande Krain lobenswerth versehenen Volksschullehrerdienst ihres verstorbenen Mannes zu belegen und bei diesem Consistorium, dem das Verleihungsrecht zusteht, bis zum 30. August d. J. einzureichen haben.

38.

### Concurs - Verlautbarung.

Durch den Tod des Domherrn Josef Pavšler ist an der Kathedrale zu Laibach das von Schüller'sche Canonicat, welches so lange, als Carl v. Schüllerstein keine männlichen Kinder hat, dem Patronate des allerhöchsten Landesfürsten untersteht, in Erledigung gekommen.

Zu diesem Canonicate sind stiftungsmässig Priester aus der Verwandtschaft des Stifters und in deren Ermanglung aus der Stadt Krainburg gebürtige Priester vor Anderen berufen; doch gilt auch für dieses Canonicat die bestehende allgemeine Vorschrift, kraft derer in der Regel kein Priester zu einer Domherrnstelle gelangen kann, bevor er nicht zehn Jahre in der Seelsorge, im Lehramte, im bischöflichen Seminarium, oder sonst im Dienste der Kirche gewirkt hat.

Diesem Priester also, welche für dieses Canonicat competiren wollen, werden hiemit aufgefordert, ihre an Seine k. k. apostolische Majestät Franz Josef I. stylisirten Bittgesuche bei diesem Ordinariate einzureichen, und in denselben, wenn sie als Verwandte darum anhalten, über die Verwandtschaft zum Stifter, und über den Grad derselben mit legalen Documenten, wenn sie aber als geborene Krainburger sich darum bewerben, mit dem Taufscheine über ihren Geburtsort sich gehörig auszuweisen, dann aber auch über die theologischen Studien, Sprachkenntnisse und in der Seelsorge, oder sonst gehaltenen Anstellungen, so wie über die bisherige Verwendung und jetzes Wohlverhalten die erforderlichen Zeugnisse beizubringen.

Die vacante Religionsfonds-Pfarre Dobrava, im Decanate Radovljica, wird ebenfalls zur Bewerbung ausgeschrieben. Ueberdies wird die Pfarre B. M. V. in Polje, im Decanate Ljubljana, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain in Laibach zu stylisiren.

Peremptorischer Competenztermin für diese Pfarren und das Schüller'sche Canonicat 3. September 1891.

Laut Mittheilung des hochwürdigsten bischöflichen Ordinariates Triest-Capodistria vom 15. Juli d. J., Nr. 1343, ist bei der Neustadtpfarrkirche St. Antonii in Triest die Stelle eines Pfarrcooperators, welcher die deutschen Kanzelvorträge zu halten hat, in Erledigung gekommen. Zur Wiederbesetzung dieses Postens, mit welchem der Gehalt jährlicher 630 fl. ö. W. und eine Quartier-Entschädigung von 210 fl. ö. W. verbunden ist, wurde der Concurs bis zum 31. August l. J. eröffnet.

Die bezüglichlichen mit Documenten über Alter, Studien, Dienstjahre, Befähigung zum Predigtamte, über die Kenntniß der deutschen, und wo möglich auch der italienischen und slovenischen Sprache, sowie über die physische Tauglichkeit zu öffentlichen Kanzelvorträgen belegten Gesuche sind bis zum obangesezten Tage bei gedachtem Ordinariate einzureichen.

Hievon wird der hochw. Diöcesan-Clerus hiemit in Kenntniß gesetzt.

39.

### Chronik der Diöcese.

Seine Päpstliche Heiligkeit geruheten den f. b. geistlichen Rath und Beichtvater im Ursulinen-Kloster zu Skofja Loka, Herrn Mathias Jeriha zu seinem Cameriere d' onore in abito paonazzo zu ernennen.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Azman Simon auf die Pfarre Weissenfels, am 1. Juli und Golob Johann auf die Pfarre Primskovo, am 16. Juli 1891.

Der Deficientenpriester Herr Franz Rihar wurde als Pfarrcooperator in Zelezniki wieder angestellt.

Herr Josef Lukavec, Curatbeneficiat in Lozice, wurde in den definitiven Ruhestand versetzt.

Herr Johann Okorn, Triester-Diöcesanpriester, ist am 23. Juni zu Hrastje in der Pfarre St. Georgen bei Kranj und Herr Andreas Pavlič, Pfarrer in Polje, am 22. Juli 1891 gestorben. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürbischöflichen Ordinariate, Laibach am 22. Juli 1891.